vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Jurisdictioni quo ad actum hunc
attinet, secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter
et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per
expressum recognovit. Quia ipse Nobili Jennae Czerniecka Consorti
Suae Legitimae eiusque posteris Summam Ducentorum florenorum polonica-
lium ratione vero dotis et expeditionis post ipsam acceptae et in domum suam
importatae necnon aliam similem summam Ducentorum florenorum polonica-
lium, ratione certi, veri, iusti, et liquidi dotalitij, in et super tota et integra 2007
medietate bonorum suorum generaliter omnium haereditariorum obligatoriorum
mobilium et immobilium, summarumque quarumvis pecuniariarum, necnon
auri, argenti, clenodiorum, unionum, margarytharum, vestium vestimen-
torum, stanni, aeris, cupri, oricalci, pecorum, pecudum, equorum equitiis
ac totius supellectilis domesticae nunc habitae et in posterum habendae dedit, dota-
vit, dotalitiavit, inscripsit et reformavit, prout dat, dotat, dotalitiat inscri-
bit et reformat praesentibus. Per ipsam Nobilem Jennam Czerniecka sibi Reco-
gnoscentis Consortem legitimam et ipsius posteros eandem medietatem bonorum
suorum generaliter omnium, cum omnibus ipsis utilitatibus et usufructibus Competentiisque
et praerogativa quavis tenendi, habendi, et possidendi illisque quiete et pacifice utendi fru-
endi, ac ad usus suos et suorum successorum prout eis bene placitum libere et effe-
ctualiter convertendi vigore ac more aliarum Reformationum hactenus et
diutius in Regno Poloniae observari solitarum

Hnicki Jaroszowic Consorti Reformat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Premy- 1261
sliens. Nobilis Stephanus Hnicki Jaroszewic olim Nobilis Semion Hnicki Ja-
roszowic cum Nobili olim Catherina Hnicka Consorte eius legitima procreatus
filius sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Juribus, Juris-
dictionibusque suis quibusvis propriis et Competen. recedendo, praesenti vero
Castrensi Capitaneali Premysliensi Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet
secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie
incorporando, atque subijciendo palam libere publice ac per expressum reco-
gnovit. Quia ipse Nobili Nastasiae Jaworska Nobilis olim Hryn Jaworski cum
Nobili Catherina Hnilarska procreatae filiae sui vero Recognoscentis Consorti
Legitimae et ipsius successoribus Summam Quinquaginta florenorum polonica-
lium ex solo coniugali amore ratione vero dotis et expeditionis post ipsam
acceptae et in domum suam importatae, necnon aliam similem Summam Quin-
quaginta

quaginta florenorum polonicalium, ratione certi veri iusti et liquidi dotalitij in et super tota et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium hæreditariorum, obligationum mobilium et immobilium summarumq quarumvis pecun, necnon auri argenti clenodiorum, unionum, margaritarum, vestium, vestimentorum, stanni, æris, cupri, orichalci, pecorum, pecudum, equorum, equitiorum, ac totius supellectilis domesticæ nunc habitæ et 20000 in post habendæ dedit dotavit, dotalitiavit inscripsit et reformavit, prout dat dotat dotalitiat, inscribit, et reformat præsentibus. Per ipsam nobilem Nastasiam Jaworska sui Recognoscentis consortem legitimam et ipsius posteros eandem medietatem bonorum suorum generaliter omnium cum universis ipsorum utilitatibus et usufructibus, competentiaq et pertinentiaquavis, tenendi, habendi et possidendi, illisq quiete et pacifice utifruendi, ac ad usus suos et suorum successorum quosvis beneplacitos libere et effectualiter convertendi vigore ac more alianarum Reformationum hactenus et diutius in Regno Poloniæ observari solitarum.

Matkowski alteri Donat.

1261 Comparens personaliter coram officio et actis præsentibus castren capitan Præmysliens nobilis Iacko Matkowski, sanus mente et corpore existens, a terris, districtibus, iuribus, iurisdictionibusq suis quibusvis proprijs et competen recedendo, præsenti vero castrensi capitaneali Præmysliensi iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subijciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse nobili Alexandro Matkowski sui Recognoscentis cum nobili Chyma Jaworska olim nobilis Ilce Jaworski cum nobili Catherina Pertucha consorte sua legitima procreato filio et ipsius successoribus medietatem omnium generaliter bonorum suorum hæreditariorum in bonis villis Losiniec et Olnili terra et districtu præsenti Præmysliensi iacen et consisten, cum omni bonorum eorundem medietati prædictæ iure dominio proprietate titulôq hæreditario, omnibusq et singulis eorundem bonorum utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus commodis, emolumentis, obventionibus, attinentijs suis et pertinentijs generaliter universis, nihil exprimendo iuris dominij proprietatis ac cuiusvis

competentiæ